

non tam Christiana pietate, quam uaria etiam literarum eruditione insignes. Nam honestas disciplinas omnes, quas cum Graeci, tum Latini rerum scriptores, ad posteros transmiserunt, aut callent, aut admirabili studio, ut sciant, laborant. Illic Theologiae studium purissime iuxta Christi spiritum tractatur, subest gra. 36. 50. 52 0. Presmis, uulgo Bremen, à Ptolemaeo Fabiranum aestimatur 32. 10. 53. 40. Luneburgū. 34. 45. 54. 5. Lubechum 35. 20. 54. 50. Marchiae Brandeburgen. ci. Brandeburgum 37. 20. 52. 40. Berlinum 38. 30. 52. 50. Phrisiae ci. Groninga 29. 50. 53. 15. Mechelburgen. ducatus: ci. Rostochium à Ptole. Laciburgium 37. 10. 54. 36. Pomeraniae ci. Stetinum 40. 20. 54. 0. Selandiae insulae ci. Copenhagna 42. 30. 57. 0. Holsatiae & Daniae, quae & Cimbrica Chersonesus est, ci. Hamburgum, à Ptolemaeo Treua 34. 10. 54. 30. Schlesuwigum 35. 25. 55. 53. Schondia quam Schondenmarum chiam uocant, eam Plinius Scandiam scribit, habet regiones multas, quarum Ptole. nec meminit. Veteres eam inhabitabilem concluderunt propter frigus, quemadmodum propter calorem regiones sub torrida zona. Hac autem nostra tempestate multum inhabitantur haec regiones. Sunt autem sub Schondia haec regiones. Suetia habet praecipuas ci. Stokholma 59. 0. 61. 0. Vpsalia 57. 0. 62. 30. Norduegia, id est septentrionalis uia, habet ci. Nidrosiam 40. 0. 65. 0. Bergim 35. 30. 61. 15. Hethlandia insula habet ci. Orchardam episcopalem 23. 0. 63. 30. Circa eam sunt insulae aliae 29. Orchades etiam apud Ptole. dictae, inter quas Thyle, quae Islandia est, id est glacialis terra, sub gra. 20. 0. 65. 0. Gothia, id est bona terra, habet ci. Lundis metropolis 45. 0. 57. 30. Gothlandia insula habet ci. Visbi 56. 30. 54. 15. Finlandia, id est pulchra terra, habet ci. Domus regia castrum 71. 15. 68. 15. Nikirkia, Id noua ecclesia 72. 5. 62. 10. Bothnia habet ci. Chymene emporium 60. 0. 69. 20. Gronlandia, uirens terra interpretatur, plus occidentalior, ab arce Vuardhus quae domus praesidij est harum regionum, ad terram Baccalaos usque protenditur. Est autem Vuardhus sub gradibus 49. 0. 70. 30. Postea est Laponia ingens terra uersus polum septentrionalem, à populo dicta. Nam syluestres sunt, qui etiam quotidie ueniunt a septentrionibus terra incognita, ac à mari glaciali, qui & Caroli uocantur, mercimoniarum gratia in Gronlandiam cum exercitu magno, etiam ex altera poli septentrionalis parte.

De Illyri & Dalmatia.

CAPVT VI.

Illyris, quae & Lyburnia, terminatur a septentrione utraque Pannonia, ab occasu Istria, a meridie mari Hadriatico, ab ortu uero Dalmatia, eius ci. Sara 40. 5. 44. 9. Dalmatia terminatur a septentrione Sauo fluuio ab occasu Lyburnia, a meridie mari Hadriatico, ab ortu Mysia superiore. Eius ci. sunt Ragusia, à Ptole. iuxta coniecturam Epidaurus 45. 0. 42. 20. Durazo 45. 55. 40. 55.

De Italia, Istria, Foroiulij, Corsica, Sardinia, & Sicilia.

CAPVT VII.

Italia ab occasu Alpium iugis terminatur & Thyrreno pelago, quod etiam mare Tuscum ac Inferum dicitur, à septentrione alteris Alpium iugis, quae Rhetiae atque alijs sequentibus nationibus imminet, ab ortu Hadriatico